

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema CXV.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

## THEMA CXV.

Syr. 11. v. 27. ad finem.

*In die bonorum ne immemoris malorum, &c.*

## DISPOSITIO.

Memorabilis admodum est hæc sententia Syracidis  
quæ si recte expendatur, videtur has duas Regulas gene-  
rales, in omni vita obseruatu sume necessarias complecti.

I. Prima regula est talis: esse omnium rerum vici-  
studinem. Rebus secundis cogitandum de aduersis: & in  
aduersis cogitandum de secundis.

II. Diciq; beatus, ante obitum nemo supraemaque funer-  
ra debet. Additis rationibus, vtriq; Regulae conuenienti-  
sumis, hæc inculcat Sapiens. Nos de utraq; aliquid dice-  
mus breuiter.

## I. Regula.

Primum sciendum est id Hier. 17. v. 9. Cor humanum  
esse superbum & timidum. Constat enim omnibus cor-  
dati, tantam esse catnis humanæ infirmitatem, vt in se-  
cundis rebus raro faciat officium. Non facile est æqua  
commoda mente pati. Secundas enim res decent super-  
bia, vt ratione quidem humanæ & iudicio earnis videatur.  
Contra vero, rebus aduersis mox desperat, & sic trepidat,  
sic ciuat caro vt quæ nunquam nouerit Deum omnipot-  
tentem.

Adeoque tristia siue secunda fluant, nescit seruare mo-  
dum. Vel superbit, vel desperat.

Contra vero Syrach iubet considerare fortunæ vici-  
studinem, quæ faciet, ne modus excedatur utробique.

I. Si fortuna usus fueris prospriori, non nimium ex-  
ultandum, non exultimandum, te extra omnem reli-  
atum esse positum. Etenim fortuna virtre est, cum maxi-  
me splendet frangitur. Extrema gaudii luctus occupat,  
Proverb. 14. v. 13. Væ tibi ridenti quia mox post gaudia  
sobris, Luc. 6, ver. 25. Antequam Sol occidat aliqd paret

contin.

contingere. Syr. 18.v.16 Huc pertinet etiam id v.29. Malitia horæ obliuionem facit luxuriae magnæ.

Exempla piorum Filii Job. Hiob. 1. v.19. Filii David. 2. Sam. 13. Exempla impiorum. Belfazer, Daa. 1. Diues, Luc. 12. Veteres fortunam pinxerunt infilientem globo versatili, & compararunt rotas de qua mox.

Quid igitur faciendum? Rebus secundis cogitandum de aduersis Syr. 18.v.25. Si satur, cogita quod esurire possis. Si diues, cogia quod pauper fieri possis. Si enim istam fortunæ vicissitudinem nec consideret, nec sentiat homo viuens, & felix sit usque ad mortem: potest tamen Dominus in ipsa mortis hora ex felicissimo facere infeliciissimum, ut postmodum cogaris dicere, o me nunquam felicem.

2. Contra vero, si aduersa vitaris fortuna, non despondeas animum. Non dicas, autem est de me: Impossibile est, ut possim ex his malis elabi, &c. Cogita quod nube solet pulsâ candidus ire dies. Post nubila Phœbus. Nota est historia de Sesostris Rege Ægypti, qui captiuos Reges curri quo vehebatn iunxit, ut illum humeris suis gitarent. Captiuorum Regum unus crebro respicentes, rotas spectauit sursum deortumque se circumuerentes. Interroganti seostostris cur subinde sic respiceret, & rectum rotatum cursum turbaret, respondit se rotas inspicientem vita & fortunæ instabilitatem considerare: ubi ima ad summam sapius, & summa adimum rursus deuoluantur. Hoc auditio Sesostris captiuos liberauit.

Tribuitur hoc etiam ab aliis Cyro Regi Persarum, ab aliis Ludouico II. Regi Francorum erga Sultanum Saracenum, quem ceperat Capuz.

Quod si maxime videantur res nostræ penitus deploratae, tamen in morte etiam potest Deus suis omnimeleuantibus & compensare pietatem & patientiam. Sic enim felices potest in alium transferre statum in morte, sic vicissim eos, qui in omni vita fuerunt infelices, post mortem in summum felicitatis gradum collocare potest.

Aufoniüs:

Si.

*Sifortunainuat,caueto tolli;*

*Sifortunatonat,caueto mergi.*

V s v huius loci exire, ut quamcunque fortunam æquod feramus animo: memores illius dicti hoc ipso cap. supra ver. 14. quod bonum & malum, prospera & aduersa fortuna sit à Domino. Et quod post bona etiam mala debeamus suscipere, Hiob. 2. v. 10. sicut autem Dominus suos non vult semper immunes esse ab omnibus malis, Hier. 4. 6. in fine: sed semper exercere sub cruce, ne efferantur animo: ite vicissim non in æternum dabit fluctuationem iusto, Psa. 35. v. 23. & reficiet iterum postquam venti ventati percussit, Esa. 17. v. 10. Momentum ira, Ps. 30. v. 6. In momento abscondit faciem suam, El. 54. v. 7. Ita vicissitudo soleretur nos præsertim qd in morte Dominus nouit exilarare eos, qui prius erant afflitti. Solabitur enim tum ipsos per Spiritum S. Rom. 8. v. 16. & tristitiam in gaudium vertet, Joh. 1. 6. Et hunc nobis vnum ipse Syr monstrauit, vbi consimilem locum tractauit, Syr. 1. 8. v. 27. vt in omnibus timeamus Dominum, & solicite faciamus officium.

### II. Pars.

Ex priori sequitur hoc posterius: Non posse de hominum felicitate rite iudicari, dum viuunt. Mundus multos prædicat felices, dum viuunt in his terris, ut Psal. 144. v. 15. Beatum dixerunt, cui sunt hæc.

At nescimus, quid seruus vespere vehat. Nec omnium dierum Sol occidit. Neminem ergo beatum ante obitum dicere licet: quia externa felicitas caduca est.

1. Vel enim una hora, imo unum momentum omnem illis felicitatem potest interuertere, ut ante finem viræ fieri miserrimus. Nebucadnezar factus similis bestiis, Daniel. 4. v. 30. Irus & est subito, qui modo Crœsus erat. Benhadad, 1. Reg. 20. Sanherib. Esa. 37. Zedekia, Jer. 52. v. 11.

2. Aut si maxime per omnem vitam prospera vitatur fortuna, tamen mox vbi vita functus est, anima sentit tormentum. Tum enim experitur homo, quomodo vi-

CLASSIS X.

370

xerit, cum mortuus fuerit. Diues epalo mox cruciatur,  
Luc. 16.v.23.

Et impiorum haud raro tristes sunt exitus, Psa. 73.v.19.  
Abi. 10. Sam. 18. Adonia, 1. Reg. 1. Joab, 1. Reg. 2.v.34.  
3. Interdum etiam testatur Deus maledictione, quam  
posteri sentient, qualis fuerit, quem nos felicem iudica-  
vimus. Vindicat enim peccata patrum in tertiam gene-  
rationem. Exod. 20. Contra : semen iusti benedictur,  
Psa. 12. verl. 2.

V s v s    huius loci is est, ut intelligamus, non semper  
apud Deum fesices esse eos, quos mundus iudicat electa-  
les. Ideoque etiam non exoptandam illorum felicitatem.  
Cum plurimi post hanc vitam sentiant æternos crucia-  
tus. Suspendamus ergo nostra iudicia, & in timore Domini  
ni ambulemus in nostra sorte contenti.

N O T A N D Y M    autem ab externis eventibus circa  
mortem contingentibus non de æterna felicitate iudi-  
candum. [ De temporali enim felicitate hic est sermo ]

Pii enim interdum videntur tristioribus casibus abripi-  
Vbi tenenda regula illa, Rom. 8.v.28. Diligentibus Deum,  
Contra de impiis Hiob 21.v.13. dicitur, Vix ad momen-  
tum terrentur. Ergo hic non iudicandum ante tempus, 1.  
Cor. 4.v.5.

Tum autem experiemus, quinam sint beati, qui non.  
Quisque suum onus portabit, Gal. 6.v.5. vbi omnia reu-  
labuntur, 1. Cor. 4.v.5.

F I N I S,

T H E M A   C X VI.

Syr. 14. vers. 18. ad. 22.

Omnis caro situt vestis veterascit. Vetus enim pactum,  
morieris. Sicut folia arborum, &c.

D I S P O S I T I O.

Tres sunt insignes sententiae, hoc loco Syracidis con-  
iunctæ, quæ tribus concessionibus seorsim possent tractari,  
Prima